

lennitates velaminis, & annuli, quæ in conjugis obser-
vantur. De his ita scribit

VII. ISIDORUS lib. 2. de Officiis, cap. 19.
[an. 633. in Hispania.]

Quare femine velantur, dum maritantur.

Femina dum maritantur, ideo velantur, ut noverint
se semper maritis suis subditas esse, & humiles.
§. 1. Item, quod nubentes post benedictionem vitæ
invicem, quasi uno vinculo copulantur; videlicet ideo
fit, ne compagem conjugalis unitatis dirumpant.

§. 2. At vero quod eadem vita candido, purpureoque
colore permiscetur; candor quippe ad munditiam vitæ,
purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur: ut hoc signo
& continentia lex tenenda ab utriusque ad tempus admo-
neatur; & post hæc reddendum debitum non negetur.

§. 3. Item, quod in primis negotiis annulus a sponso
sponsæ datur; fit hoc nimirum vel propter mutua fidei
signum, vel propter id magis, ut eodem pignore eorum
corda jungantur. Unde & quarto digito annulus idem in-
feritur: quod in eo vena quedam, ut fertur, sanguinis ad
cor usque perveniat.

§ CORR. ROM. a Vittâ.] In editione Isidori Colonien-
si legitur, vitæ uno invicem vinculo copulantur; videlicet
ne compagem, &c. In Vaticano autem codice, post be-
nedictionem à Levita uno invicem, &c.

§ PITH. a Maritis suis subditas esse.] V. C. vitæ uno invicem
esse subiectas.
§ Vittâ invicem quasi uno.] V. C. vitæ uno invicem
vinculo.

§ Ideo fit.] Del. V. C.
§ Negotiis.] Abest in V. C.
§ Fidei.] V. C. dilectionis.
§ Idem.] Delet V. C.

VIII. ISEM AMBROSIVS in libro de Patriar-
chis 4. [c. an. 387. Mediolani.]

Nuptia dicuntur ab obnubendo, eò quod caput suum
obnubere soleant.

NEC illud otiosum, quod cum veniret Rebecca, vi-
dit Isaac ambulantem: & cum interrogasset, quis es-
set; cognito, quod ipse esset, cui duceretur uxor, descen-
dit, & caput suum obnubere cepit; docens verecundiam
Nuptiis præire debere. Inde enim & nuptiæ dicuntur, quod
pueris gratiæ se puella obnubent.

SED obicitur præmissis. Multa sunt, quæ prohibentur,
quæ si fiant, ex post facto convalent. Prohibentur Vo-
ventes matrimonia contrahere: quæ tamen si contraxerint,
inviolata permanere oportet. Sic & clandestina conjugia con-
tra Leges quidem fiunt; tamen contracta dissolvi non pos-
sunt: quia ex legitimo voto subsequente corroborantur.
Unde Evaristus cum dixisset, saltem præsumpta non sunt
conjugia, sed adulteria] addidit [nisi voluntas propria sus-
fragaverit, & vota succurrerint legitima. Hinc etiam

IX. IN NOVELLIS. [an. 539. Constanti-
nopolit.]

SI quis Divinis tactis Scripturis juraverit mulieri le-
gitimam se eam uxorem habiturum, vel si in Oratorio
tale sacramentum dederit; sit illa legitima uxor, quam-
vis nulla dos, nulla scriptura alia interposita sit.
§ CORR. ROM. a Uxor.] Apud Julianum Antecesso-
rem, ex quo videtur sumptum hoc Capitulum, sequitur,
si tamen ei conjugia fuerit.
§ PITH. Si quis.] Nov. 67. c. 41.

HIS ita respondetur. Conjugia, quæ clam contrahun-
tur, non negantur esse conjugia: nec jubentur dissolvi,
si utriusque confessione probari poterunt; verumtamen pro-
hibentur, quia mutata voluntate alterius eorum, alterius
confessione hdes Judici fieri non potest. Unde publice,
cum alterius vota in alteram partem se transferunt; pro
priori conjugio, quod Judici incertum est, sententia terri
non poterit. Incerta enim (ut Sixtus Papa scribit Epi-
scopis per Hispaniam constitutis) nemo Pontificum judicare
presumat: & quamvis vera sint, tamen credenda non sunt;
nisi quæ certis iudiciis comprobantur; nisi quæ manifesto
iudicio convincuntur; nisi quæ iudicio ordine publican-
tur. Hinc etiam Victor Papa scribit Theophilo Episcopo.
[Incerta, charissime, nullatenus iudicemus, quousque ve-
niat Dominus, qui latentia producat in lucem, & illu-
minabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cor-
dium. Quamvis enim vera sint, non tamen credenda sunt;
nisi quæ manifestis iudiciis comprobantur; nisi quæ mani-
festo iudicio convincuntur; nisi quæ iudicio ordine pu-
blicantur.]

X. ISEM EVARISTUS Papa, Epist. 2. omni-
bus Episcopis. [an. 108. Roma in Egyp-
tum.]

Ante iustam probationem nullus est iudicandus, aut
damnandus.

Nullum ante veram, iustamque probationem iudicare, aut
damnare debemus, teste Apostolo, qui ait: Tu quis es,
qui iudicas alienum servum? domino suo stat, aut cadit.
Mala itaque audita nullum moveant; nec pascim dicta
absque certa probatione iniquam umquam credat:
sed ante audita diligenter inquirat, ne precipitando
quidquam aliquis agat.

XI. ISEM ELEUTHERIVS Papa, Epistola ad
Gallie provincias. [Imò Constatinus I. I.
C. Th. de iudic. an. 321. Sirmio.]

Non sunt aliqua iudicanda prius, quam certis demon-
strentur indicis.

Judicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum
plena inquisitione discutere; interrogandi, respondendi,
objiciendique præbita patienter ab eo, ut ibi actio amba-
rum Partium illuminata sit plenter: nec litigantibus Ju-
dex prius velis sua sententiâ obviare; nisi quando ipsi jam
peractis omnibus nihil habeant in questione, quod propo-
nant; & tandem actio ventiletur, quousque ad rei verita-
tem perveniat. Frequenter interrogare oportet, ne ali-
quid prætermisissimum forte remaneat, quod annecti conve-
niat.

§ CORR. ROM. a Illuminata.] In locis indicatis legi-
tur, limitata: in plerisque autem vetustis Gratiani exem-
plaribus, luminata.

EX præmissis manifestè colligitur, quod pro incertis
certis recedendum non est: nec in re dubia, certa danda
est sententia. Cum autem fides dubia rei, nisi testium ap-
probatione, vel legitima confessione Judici fieri non va-
leat; testes autem autoritate Calixti Papa de aliis causis,
vel negotiis testimonium dicere non valeant; nisi de his,
quæ sub eorum presentia facta noscuntur: appareat clan-
destina conjugia ideo esse prohibita, quia cum alter eorum
conjugalem affectum se ad alterum habuisse negare vo-
luerit, legitimis probationibus convinci non poterit: qui-
bus deficientibus, iudicis sententiâ ritè absolutus, reatum
adulterii uterque incurrit; dum utroque eorum vivente aliis
se copulaverint.

§ GRATIAN. c. 69. an. 845. in Gallia.]

§ Vile conf. no-
vam Syn.
Trid. sess. 24.
in decr. de re-
form. matr.
c. 1.

§ GRATIAN. c. 1. Pars.

§ GRATIAN. c. 1. Pars.

§ GRATIAN. c. 1. Pars.

§ GRATIAN. c. 1. Pars.

§ GRATIAN. c. 1. Pars.

§ GRATIAN. c. 1. Pars.

§ GRATIAN. c. 1. Pars.

§ GRATIAN. c. 1. Pars.

§ GRATIAN. c. 1. Pars.

§ GRATIAN. c. 1. Pars.

§ GRATIAN. c. 1. Pars.

§ GRATIAN. c. 1. Pars.

§ GRATIAN. c. 1. Pars.

§ GRATIAN. c. 1. Pars.

§ GRATIAN. c. 1. Pars.

§ GRATIAN. c. 1. Pars.

§ GRATIAN. c. 1. Pars.

§ GRATIAN. c. 1. Pars.

§ GRATIAN. c. 1. Pars.

nis Papæ de ea intelligendum est, quæ a viro suo non erat
repudiata: cuius vivebat vir, reddens ei conjugale debi-
tum. Unde statutum est

III. IN CONCILIO apud Althæum habito
præsentè Conrado Rege, c. 6. [an. 917. in
Germania.]

Nullus ducat in conjugium, quam polluit prius per ad-
ulterium.

ILLud verò communi Decreto secundum Canonum infi-
tuta definitum, & præjudicatum, ut si quis cum uxore
alterius eo vivente fornicatus fuerit; moriente marito, Syn-
nodali iudicio aditus ei claudatur illicitus; ne ulterius ei
conjugatur matrimonio, quam prius polluit adulterio. No-
lumus enim, nec Christianæ Religionis convenit, ut ullus
ducat in conjugium, quam prius polluit per adulterium.

GRATIAN. Hic subaudiendum est, nisi prius peractâ penitentiâ,
& si nihil in mortem viri machinatus fuerit: vel si vivente
viro fidem adulteræ non dedit fe sumptum eam sibi in
conjugem, si vero ejus superviveret. Unde legitur

IV. IN CONCILIO TRIBURIENSI.
[an. 895. ibid.]

Post mortem viri non potest adulteram in conjugium duc-
cere, qui viro vivente juramentum sibi futurarum
nuptiarum præbuit.

ELatum est aurius sanctorem Sacerdotum, quemdam
alterius uxorem stupro violasse, & insuper moechæ vi-
vente viro suo, juramentum dedisse, ut post legitimi ma-
riti mortem, si supervivisset, duceret uxorem: quod &
factum est. Tale ergo connubium prohibemus, & anathe-
matizamus.

§ CORR. ROM. Hujus Capituli sententia quidem est
in canone 40. Concilii Triburiensis, quod extat. Sed cum
Burchardus hoc citet ex cap. 3. videtur alterius esse, quod
desideratur.

V. ITEM IN RODEM. [Imò in Meldenfi
c. 69. an. 845. in Gallia.]

Post præviam penitentiam poterit viduam in conjugem duc-
ere, quam viro vivente per adulterium polluit.

SI quis vivente marito conjugem illius adulterasse ac-
cufatur, & eo in proximo defuncto, eandem sumplisse
dignoscitur; omnimodis publice penitentia subiciatur. De
quo etiam post penitentiam præstatum, si expediat,
servabitur regula: nisi forte vir, aut mulier virum,
qui mortuus fuerat, occidisse notetur; aut propinquitas,
vel alia qualibet actio criminalis impediatur. Quod si pro-
batum fuerit; sine ulla spe conjugii maneant perpetuo
cum penitentia.

§ CORR. ROM. Burchardus & Ivo citant ex Concilio
Meldenfi, c. 69. ubi habetur. In Decretalibus vero tit. de
eo, qui dux. in ux. cum pol. per adul. c. cum habet, &
Clemens III. hoc ipsum citat ex Concilio Triburiensi, ut
Gratianus, & Pannormia.

§ PRAEFATUM. In Meldenfi legitur, præfata, ut indice-
tur regula jam ibi tradita, c. 65. & citatur infra, xxxvi.
q. 2. si autem.

VI. ITEM EX CONCILIO apud Vermerias.
[an. 752. ibid.]

PALEA.

SI qua mulier in mortem mariti sui cum aliis consiliata
sit, & ipse vir aliquem illorum se defendendo occide-
rit; si probare poterit ille vir eam rem esse consilii, potest
(ut nobis videtur) ipsam uxorem dimittere, & si voluerit,
aliam ducere. Ipsa autem infideliatris penitentia subje-
cta absque spe conjugii maneat.

§ CORR. ROM. Hac Palea est in multis vetustis
exemplaribus, in quibus Palea esse non solet. Citatur
autem ex Concilio apud Vermerias etiam in excerptis De-
cretorum Monasterii B. Trudonis, & apud Burchardum &
Ivone: quamvis in Decret. tit. de divor. c. 1. corrupte
in vulgatis codicibus sit, ex Concilio apud Worma-
ciam. Antea quidem in Titulo hujus Paleæ legebatur, ex
Concilio Elbertano apud Vermerias. Inducta vero est di-
cilio, Elbertano, quæ spectat ad sequens Capitulum. Pa-
learum enim interpositio fæpenero in titulis occasionem
hujusmodi erroribus dedit.

§ Et si voluerit aliam ducere.] Abfunt hæc ab Ivone.
In Decretalibus autem legitur, potest ipse post mortem
uxoris, si voluerit, aliam ducere.

VII. ITEM EX CONCILIO ELIBERITANO.
c. 72. [an. 305. in Hispania.]

Post penitentiam reconciliatur ad communionem vidua,
quæ machum suum in virum accepit.

SI qua fuerit vidua moechata, & postea eundem habue-
rit maritum; post quinquennium tempus actâ legitimâ
penitentia placuit eam ad communionem reconciliari.
§ CORR. ROM. a Ad communionem.] In variis exem-
plaribus hujus Concilii tam impressis, quam manuscriptis
legitur, communicatio reconciliari.

GRATIAN. SED obicitur. David cum Bethabec adulterium com-
p. 1. Pars. 1. Reg. 11.

GRATIAN. SED obicitur. David cum Bethabec adulterium com-
p. 1. Pars. 1. Reg. 11.

GRATIAN. SED obicitur. David cum Bethabec adulterium com-
p. 1. Pars. 1. Reg. 11.

GRATIAN. SED obicitur. David cum Bethabec adulterium com-
p. 1. Pars. 1. Reg. 11.

GRATIAN. SED obicitur. David cum Bethabec adulterium com-
p. 1. Pars. 1. Reg. 11.

GRATIAN. SED obicitur. David cum Bethabec adulterium com-
p. 1. Pars. 1. Reg. 11.

missit, & mortem Uriæ machinatus est: & tamen eandem
Bethabec postea duxit in uxorem. Sed in veteri Testa-
mento multa permittebantur propter infirmitatem, quæ in
Evangelii perfectione eliminata sunt: sicut permittebatur
quibuslibet dare libellum repudiæ, ne per odium funde-
retur sanguis innocuus. Quod postea in Evangelio Domi-
nus prohibuit, dicens uxorem a viro non esse dimitten-
dam, nisi causâ fornicationis. Quædam permittebantur
causâ infirmitatis, & sacramenti futurorum: sicut Dominus
permisit filiis Israël offerre animalia sibi in sacrificium,
quæ in Ægypto confueverant immolare Daemonibus, ma-
lens ea sibi offerri, quam Idolis: & ut essent illis sacra-
menta futurorum. Sic & Bethabec permilla est duci in
uxorem, non magis causâ suæ infirmitatis, quam signifi-
catione futurorum. §. 1. Sed est alia ratio, quâ uxor
defuncti huic nubere non possit. Generaliter enim prohibe-
ntur viri & mulieres frequenter matrimonia contrahere.
Unde in convivio secundarum Nuptiarum Presbyteri inter-
esse non debent: sicut legitur

VIII. IN NECÆSARIENSI CONCI-
LIO, c. 3. [an. 314. in Cappadocia.]

Fides, & conversatio penitentiam brevitas eorum, qui
frequenter ducunt uxores.

DE his, qui frequenter uxores ducunt, & de his, quæ
sepius nubunt, tempus quidem penitentia hæc manifestum
constitutum est: sed conversatio, & fides eorum
tempus abbreviat. §. 1. Presbyterum vero convivio a
secundarum Nuptiarum interesse non debere: maxime
cum præcipitur a secundis Nuptiis penitentiam tribuere:
quis erit Presbyter, qui propter convivium illis consen-
tiat nuptiis?

§ CORR. ROM. a Convivio.] In vulgatis erat, con-
vivio. Emendatum est ex vetustis, & originali ipso. Gra-
ce est, πρὸς τὴν θύραν.

§ Maximè clam.] Locus hic Græcè sic habet, ἐν τῇ περὶ
τοῦ ἀποστόλου τῆς δευτέρας, τῆς ἑσῆς ἐπιτομῆς, ὅτι τῶν
ἐκείνων οὐκ ἔστιν ἰσχυρὸν τοῖς γάμοις, id est, Nam peniten-
tiam potest bigamus, quis erit Presbyter, qui hoc ipso,
quod interest convivio, nuptiis consentit?

§ PITH. Penitentia his manifestè confit. est.] V. C.
quod hic constitutum observabatur, sed conversio.
§ Præcipitur.] V. C. petatur, sed conversio.
§ Erat.] V. C. ergo est. Vide Chrysost. de non iteran-
do conjugio, & Isidor. lib. 2. de Offic. c. 19.

IX. ITEM JOANNES CHRYSOSTOMUS,
id est, Autor Operis Imperfecti in Matth.
domil. 32. [c. an. 400.]

Secundam veritatis rationem fornicari convincitur, qui
secundam ducit uxorem.

HAC ratione & Apostoli præceperunt secundas adire Nu-
ptias propter incontinentiam hominum. Nam secun-
dam quidem accipere secundum præceptum Apostoli est;
secundum Veritatis autem rationem, verè fornicatio est.
Sed dum permittente Deo publice, & licenter commit-
tatur; sit honesta fornicatio. Propterea benedixit, quia
Moyles hoc permisit, non præcepit. Aliud est enim
præcipere, aliud permittere. Quod enim permittimus, &
nolentes præcipimus: quia malas hominum voluntates ad
plenum prohibere non possumus.

§ CORR. ROM. a Verè fornicatio.] Longè cautius lo-
quitur verus Joannes Chrysostomus cum alibi, tum postu-
lum in Epistola ad viduam Junorem de non iterando
conjugio: quæ nuper Romæ est impressa; negatque secun-
dum matrimonium fornicationem esse.

§ Quod enim permittimus.] Sic est in Glossa ordinaria
ad cap. 5. Matth. in vers. libellum repudiæ. Sed in homi-
lia citata hoc modo: Quod enim præcipimus, semper pla-
cet; quod autem permittimus, nolentes præcipimus.

X. ITEM HIERONYMUS contra Jovinianum,
lib. 1. [an. 390. in Palestina.]

Ut vitetur periculum fornicationis, secunda matrimonia
conceduntur.

Quomodo Virginibus ob fornicationis periculum concedit
Nuptias, & excusabile facit, quod per se non appetitur;
ita ob eandem fornicationem vitandam concedit Viduis se-
cunda matrimonia. Melius est enim, licet alterum &
tertium, unum virum nosse, quam plurimos; id est, to-
lerabilis est uni homini prostitutum esse, quam multis.
Siquidem & illa in Evangelio Joannis Samaritana sextum
se maritum habere dicens, arguitur à Domino, quod
non sit vir ejus. Ubi enim numerus maritorum est; ubi
vir, qui propriè unus est, esse desit. Una cosa à prin-
cipio in unam uxorem versa est: Erant, inquit, duo in
carne unam; non tres, neque quatuor: alio-
qui jam non duo, sed plures. Primus Lamech sanguina-
rius, & homicida unam carnem in duas dividit uxores:
fratricidium, & digamiam eadem caraclysmi delevit poena:
de altero septies; de altero septuages septies vindictatum
est. Quantum distat in numero, tantum & in crimine.

§. 1. Quam sancta sit digamia; hinc ostenditur, quod di-
gamus in Clerum eligi non potest: & ideo Apostolus ad Tim.
Bbb ij

§. 1. Quam sancta sit digamia; hinc ostenditur, quod di-
gamus in Clerum eligi non potest: & ideo Apostolus ad Tim.
Bbb ij

§. 1. Quam sancta sit digamia; hinc ostenditur, quod di-
gamus in Clerum eligi non potest: & ideo Apostolus ad Tim.
Bbb ij

§. 1. Quam sancta sit digamia; hinc ostenditur, quod di-
gamus in Clerum eligi non potest: & ideo Apostolus ad Tim.
Bbb ij

§. 1. Quam sancta sit digamia; hinc ostenditur, quod di-
gamus in Clerum eligi non potest: & ideo Apostolus ad Tim.
Bbb ij

§. 1. Quam sancta sit digamia; hinc ostenditur, quod di-
gamus in Clerum eligi non potest: & ideo Apostolus ad Tim.
Bbb ij

§. 1. Quam sancta sit digamia; hinc ostenditur, quod di-
gamus in Clerum eligi non potest: & ideo Apostolus ad Tim.
Bbb ij